



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Oratio Marii Ad Quirites de se, & de ea, quem parábat in Africam
expeditione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

iorum vehementes patrie superstitionis iniicit faces.

VIII. Non tantum patrie Dii curandi sunt, sed & peregrini, qui cum hospitio excepti fuerint, sine piaculo deseri non possunt. Hac superstitionis dehramenta. . . Cerre Romae diligentissima superstitione habebatur collectum quicquid vquam fuerat vanis erroribus institutum (inquit) Sanctus Leo, serm. 1. de SS. Apostolis. Luna autem, cuius hic meminit, fuit Regina nomine consecrata. Hac Regina caeli, delum quippe, perstringitur à Prophetis in sacris. Ut Ierem. 7. facere placentas Reginae caeli. Alii tamen per Regnam caeli putant illic intelligi stellam veneris, vel Luna, qua clarissima face conspicua, caeli militia instar Regina praesse videtur.

Vnde lapidem pellucidum, & eximium, instar Luciferi in fronte Moloch idoli sculptum, ab Ethnicis, commemorat Oecumenius in Actor. 7. de quo Amos capite quinto Sidus Dei vestri. Vbi Septuaginta sidus Dei vestri εὐφραν. quod nomen αὐτῶν in derivationem idoli, nonnulli Graeci interpretes verterunt.

IX. A Diis transit ad sacerdotes, quos nefas, ait, auertere ex isto sacrorum domicilio, quod semper incoluere, & cum flammis Diali noctem vnā manere extra urbem nefas sit, quid futurum est, si per singulas noctes peregre habitari?

X. A Comitibus urbis, qua auspiciato aliis in locis fieri non possunt.

XI. Occurrit obiectioni, & fontem huius consilii aperit, quod est prudentia eloquentia. Vbi enim ars rationum, quibus potissimum aduersari in nituitu obessa est, facilius iter parat ad reliqua. Occasio autem huius in gratioris, qua praetextatur, erat adificandi difficultas, & populi inopia, idcirco infractianimi imbecillitatem nunc sanare contendit.

XII. Idcirco à religione transit ad gloriam P. R. cui in hac migratione pessima de decoris nota inuritur. Ad Alliam autem flum. n. cuius hic meminit, à Gallis Romani concisi, unde Alliensis dies. Festus Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis, ab Allia fluuio, scilicet vbi Romanus fusus à Gallis exercitus.

XIII. Vt et à nomine Romano, & graute inertiā perstringit. Aristides praclare de hac Romani nominis gloria, & τὸ Ρωμαίων ἔναι ἐπὶ πλοῦσται οὐ πόλειας ἀλλὰ γέρας ὄνομα κοινῆ

τῶν Ὁρατ. 14. in Romam, quasi diceves idem est Romanum esse, ac orbis terrarum ciuem.

XIV. Pergit fognes animos inflammare, maxime à charitate patria, ex quo consurgit grauis, morata, & ad persuadendum efficax oratio, motibus etiam peropportunis incensa.

XV. Addit in argumentum utilitatis, qua Roma gloria annecti debebat, Roma situm, & commo- niudo. da, De hac re legendus Aristid. oratione in Romaniam. καλῦπτε ἴδ' ἀκροῦς πρώνας, καλῦπτε ἴ τὴν & μέσση γῆν καταβαίνει ἴ μέχρι καὶ θαλάσσης.

XVI. Ad summum sequitur peroratio, cui etiam grauior, sanctior, que apud P. R. historias de industria seruaui, vbi quod capite humano in Capitolii fundamentis reperio ait, nota Toli Vulcentani caput fuisse, quod Arnobius lib. 6. aduersus gentes istarum rerum indignator accuratissimus notat huius verbis.

Regnatoris in populi Capitolio, quis est hominum qui ignoret Toli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus, capus hominis euolutum, non ante plurimum temporis, aut solum sine partibus carteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humationis officia fortitum? & caetera, quae fusc exequitur exagritans hanc vanitatem.

ORATIO MARIÏ AD Quirites de se, & de ea, quem parabat in Africam expeditione.

Ex Salustio

Mirifice composita est ad C. Marj ingenium hac oratio. Est enim laconica, grandis, stricta, neruosa, sublimis, sine arte artificiosissima.

SCIO ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis perere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, P P P P 3 sup

Regina caeli.

εὐφραν quid.

Alliensis dies.

Romani Cives mudi.

Supplices, modicos esse, deinde per ignauiam, & superbiam aetatem agere. Sed mihi contra videtur. Nam, quò vniuersa respub. pluris est, quàm consulatus, aut praetura, eo maiore cura illam administrari, quàm hæc peti debere. Neque me fallit, quantum eum vestro maximo beneficio negotij sustineam. Bellum parare simul, & arario parere: cogere ad militiam eos, quos nobis offendere, domi forisque omnia curare, & ea agere inter inuidos, occurrentes, factiosos, opinionone, Quirites, asperius est. Ad hoc alijs, si deliquere, vetus nobilitas maiorum: fortia facta cognatorum, & affinium opes, multa clientela, omnia hæc praesidio adsumt: *mihî spes omnes in memis sita, quas necesse est virtute, & innocentia tutari: nam alia infirma sunt.* Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conuersa esse, & quos, bonosque facere (quippe beneficia mea in respub. procedunt) nobilitatem locum inuadendi me quaerere. Quo mihi acrius adnitendum est, vt neque vos capiamini, & illi frustra sint. Ita ad hoc aetatis a pueritia fui, vt omnes labores, & pericula consuecta habeam. Quæ ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea vt mercede accepta deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulauerunt: mihî, qui omnem aetatem in optimis artibus *egi benefacere iam ex consuetudine in naturam vertitur.* Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas ægerrime tulit. Quæso reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit, eequem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris profapia, ac multarum imaginum, & nullius stipendij: scilicet, vt in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo sui officij monitorem. Ita plerumque euenit, vt quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quærat. At ego scio, Quirites, qui postquam consules facti sunt, acta maiorum, & Græcorum militaria præcepta legere cœperint, præposteri homines. Nam legere, quam fieri tempore posterius re, atque vltius prius est.

Experientia. Comparete nunc, Quirites, me hominem nouum cum illorum superbia. Quæ illi audire, & legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi: quæ illi literis, ea ego militando didici. Nunc vos existimate facta, an

Virtus.

**Benefacti
honorum
materia.**

Experientia.

dicta pluris sint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis proba obiestantur. *Quaquam ego naturam vnam, & communem omnium existimo: sed fortissimum quemque generum esse.* Ac si iam ex partibus Albani, aut Bestiæ quaeri posset, niene, an illos ex te gigni maluerint: quid responsuros creditis? nisi se liberos quàm optimos voluisse? Quod si iure me despiciunt, faciant id maioribus suis, quibus, vt mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Imudent honori meo: ergo inuideant labori, & innocentie, periculis etiam meis: quoniam per hæc illum cœpi. Verum homines corrupti superbia ita aetatem agunt, quasi vestros honores contemnunt: ita hos petunt, quasi honestè vixerint. Næ illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expectant, ignauiæ voluptatem, & præmia virtutis. Atque etiam quum apud vos, aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores sese putant, quod contra est. Nam quantum vita illorum præclarior, tanto horum concordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet: Maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala, in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior Quirites. Verum id, quod multo præclarior est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui sitis. Quod ex aliena virtute sibi arrogat, id mihi ex mea non concedunt: *Imagines scilicet quia imagines non habeo, & quia nobilitas mihi noua nobilitas est, quàm certè peperisse me, quàm acceptam corrupisse melius est.* Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abinde illis facundam, & compositam orationem fore. Sed in maximo vestro beneficio, quò omnibus locis me, vosque maledictis lacerent, non placuit reticere: *ne quis modestiam in conscientiam duceret.* Nam me quidem ex animi mei sententia, laedere nulla oratio potest: quippe vera, necesse est bene prædicet; falsam vita, moreque mei superant, sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, & maximum negotium imposuistis: etiam atque etiam reputate, num eorum poenitendum sit. Non possum, fidei causa, imagines, neque triumphos, aut consulatus maiorum meorum ostentare. At, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrice aduerso corpore. *Ha*

**Nobilitas
vera.**

**Imagines
nobilitatis.**

**Fortia
in signa.**

Phalera.
Eloquentia
in mi ite
non requi
ritur.

Hæ sunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, non hereditate relicta (vt illa illis) sed quam ego plurimis meis laboribus, & periculis quaesivi. Non sunt composita verba mea: parui id facio: ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, vt turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici, parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerant. At illa multo optima Reipublicæ doctus sum: hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hincem, & æstatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. His ego præceptis militis hortabor: neque illos arctè colam, me opulente: neque gloriam meam labore illorum faciam. Hoc est vile, hoc civile imperiū.

Namque quum tu per molliem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non Imperatorem esse. Hæc atque alia maiores vestri faciendo, seque, & Republicam celebrare. Quæ nobilitas frata, ipsa distimilis moribus, nos illorum æmulos contemnit, & omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos à vobis repetit. Cæterum homines superbissimi procul errant.

Maiores eorum omnia, quæ licebat illis, relinquere, diuitias, imagines, memoriam suam præclaram: virtutem non relinquere, neque poterant: sea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus aiunt: quia parum sentiebat conuiuium exotico, neque histrionem vltim, neque plus pretij coquum, quam villicum habere, quæ mihi libet confiteri, Quirites. Nam, & ex parente meo, & ex alijs sanctis viris ita accipi.

Virtus.

Cogitatio.

Labor virorum
sum mun
ditia.

Munditias mulieribus, viris laborem conuenire, omnibusque bonis oportere plus gloriæ, quam diuitiarum esse: arma non supplicilem de coeli esse.

Quin ergo, quod iuuat, quod charum æstimant, id semper faciunt, ment, porent. vbi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conuiujs dediti ventri, & turpillimæ patri corporis: sudore puluerem, & alia talia relinquunt nobis, quibus illa epulus iucundiora sent. Verum non est ita, nam vbi se omnibus flagitijs decorauerit turpillimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniustissime luxuria, & ignauia, pessimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil efficiunt: Reip. inimicix eladi sunt. Nunc, quoniam illis, quarum maiores mei, non illorum flagitia poseebant,

Sudor hæ
reditas for
tium.

respondi: pauca de repub. loquar.

Primum omnium de Numidia bonum habetote animum, Quirites. Nam, quæ ad hoc tempus Iugurtham tuta sunt, omnia remouistis, auaritiam, imperitiam, atque superbiam: deinde exercitus ibi est, locorum sciens, sed me hercule magis strenuus, quàm felix. Nam magna pars eius auaritia, aut temeritate ducum attrita est.

Et quamobrem vos, quibus militaris est ætas, adnitimini mecum, & capeffite rempublicam, neque quemquam ex calamitate aliorum, aut Imperatorum superbia merus ceperit. Egomet in agmine, atque in prælio confuitor idem, & locius periculi vobiscum adeo: me, vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et profecto, Dijs iuuantibus, omnia matura sunt, victoria, præda, laus, quæ si dubia aut procul essent, tamen omnes bonos recip. subuenire dicebat. Etenim nemo ignauia immortalis factus est: neque quisquam parens liberis, vt æterni forent, optauit, magis v. i. boni, honestique vitam exigent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent: Nam strenuis, abundè dictum puto.

O E C O N O M I A
ORATIONIS.

I. Exordium à persona aduersariorum, quos obliquè in odium adducit: sibi à suo in Reipub. animo beneuolentiam concilians, vt qui duram prouinciam lubenter pro salute publica sustineat.

II. Expositio suæ vitæ, quam perpetua antichefcomparat cum: obilium fastu, mollietate, imperitiâ: vt sibi gratiam apud populum, & honorificam munera, illi vero creet infamiam. hinc oratio etiam in hoc ingenue candore plena maiestatis, & veluti oris elata con, urgit: Optima porro artes, quarum hic meminit, sunt ab. e. militaris, discipula industria, fugalca. Olim v. i. bene pro præ. fites in bello: unde Græcorum æquis: Quin milites in sacramento militis, promittent, vtrum bonum quod docui alicui.

Partes qui.

III. Et quoniam vnum nobilitatis prædium erat in suis imaginibus, & veterum umbris collocatum, h. nec arcem communis loco ontra fla. etiam nobilitatem quasi macula, fortiter inueniatur concussit.

Pari

**Nobilitas
virtus.**

Pari siquidem omnes conditione nascimur, solâ virtute distinguimur.

**Hominum
3 genera.**

Philo Iudaeus libro de gigantibus, tria hominum genera distinguit, homines terra, homines caeli, homines Dei. Homines terra sunt omnes, qui ad caritas terrenas, corporiq; voluptates sunt proiecti, licet prosapia, & opibus polleant.

**Homines
terra qui?**

Homines caeli sunt literati ἐπισήμους καὶ Φιλομαθῆς. Homines Dei, sunt sacerdotes, & Propheta, qui vita puritate, & contemplationis magnitudine seiuncti à sensibus, in mundum intellectualem demigrarunt, iam Angelorum ciuitati inscripti. Eius verba sunt.

**Homines
Dei.**

Τὸ ὁμοειδὲς πᾶν, περικόψαντες, εἰς τὸ μνοχρόν κόσμον μεταπέδησαν, κακῆτι ἄκρησιν ἐγγραφεύς ἀφάρτων καὶ ἀσωμάτων ἰδεῶν πολιτικῶν. Et hac verba nobilitatis.

IV. Deinde quod artificium est aduersariorum eloquentiam in eorum damnium vertit. sua infantia, quasi innocentia praclaro argumento gloriosus.

Non placuit, inquit, reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret hoc est, ne quis silentium meum male conscientia notam existimaret: Tum respondet non insidiantis eloquentia fucos, sed prolatis donis militaribus, & cicatricibus. Hac enim eloquentia C. Marij, ha sunt imagine. Quid hac oratione efficacius, aut grandius? Quod autem hic habet de sua inscitia, hoc Plutarch. refert, in Mario quippe dicebat γέλοιον γράμματα μαυδαίνειν, ἔν οἱ δὲ δασκαλοὶ δειλοῦσιν ἑτέροις. Ridiculum esse, literas à principijs doctoribus (Gracos sugillans) ediscere.

Gracalica.

V. Excusat morum rusticitatem, quam cum luxu, & mollitia aduersariorum comparatam magni sibi decoris instar esse ostendit. Plena autem est acrimonia, & maestatis oratio, grandibus etiam sententijs, quasi vestis gemmis illuminata. Quid autem grauius & illuminatius esse potest, quam cum delicias aduersarijs concedit, sibi sudorem, & pulu rem quasi propriam haereditatem. Ha sunt virtutis nota.

Virtus.

Seneca de vita beata, virtutem in templo inuenies, in foro, in curia stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus. Contra voluptas, ἐφελκυστὶν ἐπιχρῖστος χαλκιδόλις ἔκλυσις, ut describitur apud Maximum Tyrium oratione quarta.

Voluptas.

VI. Transit ad statum belli, de quo & bonam spem P. R. ingerit. Et stentia ad milites hortatione concludit, illud subinde inculcans.

Neminem ignavia immortalem factum. Quod spectant ea, qua habet Cicero 2. de legibus.

Olla propter qua datur homini a, censu in caelum, mentem, virtutem, pietatem, suam, carumq; ludum delubra sunt, nec ulla vitiorum sacra solennia, obeunt.

ORATIO P. VALERII Publicolae Consulis ad Tribunos, omnemq; plebem.

ARGUMENTVM.

Exules seruique arcem Romanam nocte ad magnum numerum duce App. Herdonio occupauerunt. Quod vbi compertum fuit, reliquum noctis in armis Romani egerunt, ignari, qui homines, quantumque numerus hostium esset. Postero die, cum Herdonius consilium, voluntatemque suam declarasset, tum quoque Trib. pleb non bellum illud, sed imaginè modo contendeabant ad auertendos à legis cura plebis animos. Populum itaque ab armis discedere iubent. Quod cum Patribus nuntiatum esset, P. Valerius ex curia in templum ad Tribunos veniens, de periculo cum ijs primum, deinde cum plebe sic egisse fertur.

Ex T. Liuio,

Quid hoc rei est Tribuni? Appij Herdonij ductu, & auspicio Remp. euersum est istam felix vobis corrumpendis fuit, qui seruitia vestra non commouit author. Quum hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesque ferri placet. deinde ad multitudinem oratione conuertitur. Si vos vobis Quirites, si vestri nulla cura tangitur vos veremini. Deos vestros ab hostibus captos! Iupiter optimus maximus, Iuno regina, & Minerva, alij
Dij,